

cemquè Babylonicam calvitie pudendâ spectandam  
toti orbi explodendam exposuerit.

\* Petrus Mat  
thæus Hi-  
storiogra-  
phus Gallia  
Regis lib.  
del' histoire  
de la paix  
fol. 205.

Neque aliquis mihi, cum quodam passionibus ob-  
noxio scriptore, dicat, Lutheranos hæc comminisci, &  
in Evangelicæ periodi argumentum superaddere: Cum  
Catholicissimo-Romanus Historicus \* non modò hoc  
confirmet, verùm in super addat: Bohemos, post cre-  
matum Hussum, desiderio ejusdem numismata cudis-  
se, in inscriptione postremorum ejus verborum: Post  
centum annos respondebitis DEO & mihi;  
hocq; termino finito, Martinum Lutherum apparuisse  
idem affirmat.

15 Exemplū.  
Just. Lips. 2.  
monit. po-  
lit. cap. II.

Mitto autem hæc, & minus invidiosa, ex eadem  
Germaniâ nostrâ, subnecto. Friderico Anobarbo Im-  
peratore Antistes Moguntinus fuit Henricus, vir pius,  
tranquillus: suarum rerum: & ideò Romæ accusatus,  
ut ineptus sive inutilis muneris, quod gerebat. Accessit  
Arnoldus, qui postea in locum ejus venit, & fertur ab  
ipso Henrico missus ad purgandum, igni oleum addi-  
disse: & purpuratorum quosdam patrum corrupisse,  
& in se vertisse. Eò ventum, ut Cardinales duo Mo-  
guntiam missi de causâ quæ siverint, Henricū damnâ-  
rint, abdicarint, Arnoldum illum subrogarint. \* Hen-  
ricus patienter id ferens, hætenus questus est, ut dice-  
ret: Injustè iudicâstis appello igitur ad Jesum  
Christum, æquissimum Judicem, ibi me re-  
spon-

\* Anno Ch.  
∞ C. LIV.